



Disputatio juridica quadragesima de haeredibus instituendis & substituendis, ad Tit. 5. 6. 7. & 8. Lib. 28. Pandectar.

<https://hdl.handle.net/1874/340998>

DISPUTATIO JURIDICA
 QUADRAGESIMA
 DE
 HÆRĒDIBUS

instituendis, & substituendis.

A D

Tit. 5. 6. 7. & 8. Lib. 28. Pandectar.

Q V A M

FAVENTE DEO OPT. MAX.

S V B P R A E S I D I O

Clarissimi Consultissimique Viri,

D. CYPRIANI REGNERI ab OOSTERGA,
 J.U.D. nec non ejusdem Facult. in Illustri Traject. Acad.
 Professoris Pandect. & p. t. Rectoris Magnifici.

Publicè defendero conabitur

NICOLAUS HOEDEMAECKER, Doeborg. Geldus.

Ad diem 23. Aprilis hora locoque solitis.



ULTRAJECTI,

Apud WILHELMUM VERBRUGH, BIBLIOPOLAM,
 aende Gaert-brugh, M. DC. LI.



Reverendis, Spectabilibus, Prudentissimisque Viris

D. JOANNI HOEDEMAECKER
Mercatori Vigilantissimo Parenti meo, quo ad vi-
vam, filiali amore prosequendo.

D. PETRO GESSELIO,
Avunculo omni honore mihi colendo, ac veneran-
do.

Clarissimo Consultissimoque Viro

D. BERNARDO WINCKELMAN,
I. V. C. Avunculo Plurimum observando.

Juridicas hasce primitias,

Submisit Offert.

NICOLAUS HOEDEMAECKER

Resp.

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF
MICHIGAN
ANN ARBOR, MICHIGAN

DISPUTATIO IURIDICA

QUADRAGESIMA

DE

HEREDIBUS

Instituendis & Substituendis.

AD

Tit. 5. 6. 7. & 8. Lib. 28. Pandectar.

THESIS I.



D l. 1. §. 4. & l. 9. §. si duo 13. tit. 5. q. an jus accrescendi, de quo in d. §. 4. & 13. agitur, saltem à testatore possit prohiberi? Item an in d. §. 13. detracta fundi mentione ex æquis partibus heredes instituti censeantur? Item an institutus in re certa legatarij instar haberi debeat? Item an in possessionem ex l. fin. C. de Edict. Div. Had. mitti queat? Sed frustra, quum Moribus dictæ & similes questiones recte decisæ sint, ut probavi ad §. 5. Inst. h. t. Vide tamen, si lubet, Fachin. 4. c. 15. 17. 21. Bus ad l. 35. b. t.

Ad l. 4. pr. & l. 6. §. 1. q. an & quæ conditio, & quorum liberorum institutionem vitiet? Sed frustra, quum jure novo liberi aut instituendi sint, aut exheredandi, ut alibi diximus. Deinde legitima saltem nullo onere gravari potest. l. 32. C. de inoff. testam. An ergo institutione filij facta sub conditione testamentum tamen valet quoad cætera, rejecta duntaxat conditione usque ad legitimam? Aff: d. l. 32. Ratio est, quia testator præsumitur testatus secundum leges, atque juxta id, quod credibile est cogitatum. l. 24. de reb. dub. Adde Groeneweg. ad dd. ll. Disf. vide apud Treuil. d. disp. 11. thes. 3. lit. d. & ibi Bacchov.

Ad l. 13. §. 4. & 6. q. an dd. §§. corrigantur per l. 23. C. de legat. Aff: p. d. l. 32. ubi in fine optima ratio subjungitur. Diss. vide apud Treuil. d. disp. thes. 4. lit. d. & ibi Bacchov & Autumn ad dd. §§.

Ad l. 7. §. ult. q. an d. §. corrigi debeat, & tertius ibidem dimidiam totius hæreditatis partem consequi debeat? Affirmat hoc Hotom. lib. 8. obs. 2. cujus sententia nobis saltem in abstracto placet, arg. §. 6. Inst. h. t. ubi

A 2

affe

asse completo reliqui heredes sine parte nominati ex verisimili voluntate testatoris ad dimidiam partem admittuntur, ergo & illo casu, quo dupondium expletum est; quum reductio ad assem fieri soleat. Diff. vide apud *Treutl. d. thes. 4. lit. e & ibi Bacchov.*

II.

Ad l. 19. q. an d. l. injusta sit, & an in ea particula non expungenda sit? Negatur utrumque. *arg. d. l. 17 §. 3. h. t.* ex quo §. 3. apparet, & institutionem & substitutionem in d. l. 19. ludicram & inanem esse. Diff. vide apud *Autumn. ad d. l. 19. Gothof. Bus ad eand.* Sed miror, cur Gallicus ille censor non censuerit censura dignum §. l. 27. & probabiliter correctum per d. l. 23. *C. de legat. præsertim, quum ita sit in legatis. l. non ad ea 89. de condit. & demonstr. vide Bus. ad l. 17. de condit. inst.*

Ad l. 32. & 68. q. an & quomodo heredis institutio in voluntatem tertij vel ipsius heredis conferri queat? Sed frustra, quum Moribus (si non jure canon e. cum tibi 13. ext. de testam.) decisum videatur, ut alibi dixi, Quin ipso jure Romano alio actus, maxime ultimæ voluntatis, ita interpretandi sunt, ut valeant potius, quam pereant. *l. 12. de reb. dub. Vi. de Bus. ad d. l. 32. & Treutl. d. disp. 11. thes. 3. lit. c. & ibi Bacchov. 2. res a d. b. n. 4.*

Ad l. 34. q. an maritus, qui post mortem uxoris suæ, cui usum fructus, omn. bonor. legaverat, Titium heredem instituens, eum pure instituisse intelligatur? Aff: per ea, quæ dixi ad §. 9. *Inst. b. t.* Diff. vide *ibid & apud Fachin. 4. c. 18. Bus. ad l. 35. h. t.*

Ad l. 40. q. an & quomodo d. l. conveniat cum §. ult. *Inst. de vulg. subst.* Sed quæstio de servis est. Vide nostra ad d. §. ult. *Treutl. d. disp. thes. 6. lit. b. & ibi Bacchov.*

Ad l. 62. q. an saltem institutio ad certum tempus facta valeat, si alius post illud tempus institutus est? Sed frustra, quum Moribus hoc certum sit, aut saltē debeat esse. Vide nostra ad §. 9. *Inst. b. t. Treutl. d. thes. 3. lit. e. & ibi Bacchov.* An in §. 1. d. l. 62. Tribonianus aliquid mutaverit vel addiderit, parum attendo, cum sententia legis justa sit. Diff. Vide apud *Treutl. d. thes. 3. lit. a. & ibi Bacchov.*

Ad l. 70. & seq. q. an & quæ captatoriæ institutiones valeant? Sed frustra, quum hæc quæstio decisa sit Moribus, quibus simplex jus gentium sequimur. Idem de jure Canon testatur *Rosbach. tit. 4. n. 7. de comparat. jur. civil. & can.* Vide tamen *Fachin. 12. c. 26.*

Ad l. 74. q. an d. l. emendanda sit? Sed frustra, quum admitta emendatione Moribus heres in re certa esse possit, aut retenta vulgari lectione,

ne, fundus & usus fructus pertineant ad heredes ab intest. Vide nostr. ad d. 5. Inst. h. t. & Treutl. d. thes. 4. lit. b. & ibi Bacchov.

Ad l. 82. & 85. q. an liberi in conditione positi sint in dispositione? Disting: quatenus excludant substitutum, in dispositione sunt. d. l. 85. quatenus pater eorum novo fideicommissio gravatus esset, minime sunt. arg. d. l. 82. Diff. & usum vide in nostr. disp. ad d. 5. 9. Inst. h. t. thes. ult. Facchin. 4. c. 5. 1. Treutl. d. thes. 3. lit. 2. & ibi Bacchov. An ergo nec in legatis vocati censentur? Aff: arg. d. l. 85. Diff. vide apud Facchin. 1. 3. c. 45.

III.

Ad l. 1. & 43. §. 2. tit. 6. q. quid sit substitutio, & quotuplex? Sed cum istæ quæstiones jam in Inst. excussæ sint, & non magnopere de definitionibus & divisionibus debeamus esse solliciti, vide nostr. ad b. v. Inst. Treutl. d. disp. 11. thes. 5. & ibi Bacchov.

Ad l. 2. q. an substitutio jure gent. introducta sit? Aff: de vulgari, neg: de pupillari, que ex mero jure civili descendit, atque adeo Moribus recte abrogata, ut & quasi pupillaris est. Rationes vide in notis & disp. ad h. v. Inst. Diff. ibi, & apud Treutl. thes. 8. lit. a & ibi Bacchov.

Ad §. 3. d. l. 2. q. an minore 25. ann. contra aditionem hereditatis in integrum restituito, locus fiat substituto? Aff: per ea, quæ tradidi ad h. tit. Inst. thes. 11. Diff. vide ibid. & apud Treutl. thes. 7. lit. f. & ibi Bacchov. Facchin. 4. c. 73. Bus. ad l. 1. h. t. n. 9.

Ad §. 6. q. an vis suiratis sublata sit, si testator filio familias his verbis substitutum dedit, si filius meus heres non erit? Aff: per ea, quæ dixi in d. disp. ad h. v. Inst. thes. 7. Diff. vide ibid. & apud Treutl. thes. 7. lit. e. & ibi Bacchov. An & quo jure posthumo exheredato, hæretico, naturali, pupillariter substitui possit, haud curiosus inquiri, propter rationes ad d. l. 2. allegatas. Vide sis Treutl. thes. 8. lit. v. c. & g. & ibi Bacchov.

Ad l. 7. & 14. q. an substitutio pupillaris filio puberi verbis directis facta flectatur in fideicommissum? Neg: d. l. 11. Quin tamen Moribus ad exemplum militis ita servari debeat, nullus, dubito, per ea, quæ dixi in d. disp. Inst. thes. 12. Diff. vide ibid. & apud Treutl. thes. 8. lit. b. & ibi Bacchov. De jure Canon. in c. Raynut. de testam. Vide Salicet. in l. 8. c. de impub. substit. Cujac. 11. obs. 25.

Ad l. 10. q. an & quando substitutus pupillariter teneatur ad æs paternum? Sed frustra, ut dixi ad d. l. 2. Vide sis tamen Treutl. thes. 9. lit. a. & ibi Bacchov.

Ad l. 15. q. an substitutio pupillaris à milite filio puberi facta directo jure valeat, an vero jure fidei commissi? Aff: poster. l. 8. C. de impub & ul. substit. junct. d. l. 15. & l. 7. & l. 4. b. t. Diff. vide apud Treutl. ibes. 13. lit. b. & ibi Bacchov. Bus. ad d. l. 15. Gadelin. de jure noviss. 2. c. 5. sub fin. An idem privilegium d. l. 15. indulgeri debeat Doctoribus & Advocatis, an vulgaris substitutio militis tacitam pupillarem contineat, non lubet quærere, quum quæstiones utilitatis expertes sint, ut jam significavi ad l. 2. & 7. b. t. Videtis Treutl. d. thes. 11. & ibi Bacchov. Cujus temporis fructus capiat substitutus in d. l. 15. significavi ad l. 20. §. 3. de petit hered. Vide Fachin. 10. c. 18. & 90.

III.

Ad l. 21. q. an expresso casu, si heres esse noluerit, nihilominus substitutus ad mittendus sit, licet heres esse nequiverit, vel vice versa? Neg. arg. d. l. 21. Plures rationes & limitationes vide in d. disp. ad pr. Inst. b. t. thes. 5. Diff. vide ibid. & apud Treutl. ibes. 6. lit. a & ibi Bacchov. Bus. ad l. 1. b. t. n. 3. 2. ges. ad b. f. n. 7. Sed quid dicendum, si testator filio vel filiaë nascituræ substitutum dederit sub conditione, si filius vel filia sine liberis moriatur? Dixerim, substitutum admittendum esse ad bona testatoris, quam vis, nec filius nec filia nata sit. Rationes vide in d. disp. Inst. ibes. 6. Diff. vide ibid. & apud Fachin. 4. c. 46. Porro q. quid statuendū sit, si filius heres institutus nolit adire hereditatem, an pater adeundo substitutum excludat? Neg: per ea, quæ dixi in d. disp. Inst. ibes. 8. Diff. vide ibid. & apud Treutl. thes. 7. lit. f. & ibi Bacchov. Bus. ad d. l. 1. n. 5. & 6. Sed herede mortuo intra tempus deliberandi, impeditne substitutus, quominus hereditas transferatur ad successores heredis? Aff: per ea, quæ dixi in d. disp. thes. 9. Diff. vide ibid. & apud Treutl. d. thes. 7. lit. g. & ibi Bacchov. Bus. ad d. l. 1. n. 1. Sed quid de illo casu, quando testator ita filio substituit, si moriatur absque filiis? Dixerim, mortuo filio, relictam filiam substitutum excludere. l. qui duos. §. 2. de leg. 3. junct. l. 12. de R. J. Diff. vide apud Treutl. d. lit. g. & ibi Bacchov. Fachin. 4. c. 57. & liq. 12. c. 42. Sed pro hibitus alienare usque ad ann. 25. potestne post eam ætatem alienare in præjudicium substituti? Aff: quia verba sunt accipienda cum effectu. arg. l. 109. de leg. 1. Diff. vide apud Fachin. 4. c. 75. Denique q. quid tenendū sit, si heres delinquendo hereditate indignus factus sit, excludetne tamen substitutus fiscum? Aff: per ea, quæ dixi in d. disp. ibes. 10. Diff. vide ibid. & apud Treutl. d. thes. 7. lit. g. & ibi Bacchov. Bus. ad d. l. 1. n. 7.

Ad 4.

V.

Ad l. 24. & 41. an & quomodo ad. ll. temperandæ & explicandæ sint, indicavi ad §. 2. & 3. *Inst. de vulg. subst.* Adde *Bacchov. ad Treutl. thes. 7. lit. b. & c.* Latus forsan ad l. 54. *de leg. 1.*

Ad l. 27. q. an & quomodo d. l. concilianda sit cum l. 47. h. t. sed itidem dixi ad d. §. 3. *Inst.*

Ad l. 28. q. an & quo jure substitutio pupillaris confirmetur, si filius apud hostes mortuus est: Sed hæc quæstio, ipso *Bacchovio* ad *Treutl. thes. 9. lit. g.* fatente, plus subtilitatis, quam utilitatis habet, ut babes & illa, an rescisso testamento paterno pupillares substitutiones subsistant. Vide *nostra ad d. l. 2. & Treutl. d. thes. 9. lit. b. & ibi Bacchov.*

Ad l. 33. q. an mater pupillariter, aut saltem quasi pupillariter substituere possit: Sed frustra, ut jam sæpius dixi. Sed videamus, an hic detracta diei adiectione institutio pura habenda sit? *Neg: d. l. 33. pr.* quod maxime procedit *Moribus*, quibus heres ex certo die institui potest. *Diff. vide apud Bacchov. ad Treutl. d. thes. 8. lit. c.*

Ad l. 37. q. an d. l. procedat, licet etiam mater in medio existat? Sed frustra, quum quæstio de pupillari substit. sit. Vide tamen, si vacat, *Bus. ad d. l. 37.*

Ad l. 43. pr. q. an vulgaris tacita, quæ sub expressa pupillari continetur, pubertate quoque expiret? Sed & illa quæstio ob eandem rationem inutilis est. *Vide fis Treutl. d. thes. 6. lit. e. & ibi Bacchov.* Idem responde, quando q. ad d. l. 43 an, & quo jure parentes filio muto, an furioso, vel mente capto impuberi, an exheredato quoque pupillariter, sive exemplariter substituere possint. Vide tamen *Treut. d. disp. thes. 10. lit. c. & e. & ibi Bacchov.* qui ad d. l. lit. c. fatetur quidem, se videre iniquitatem l. 9. c. *de Impub. & ali. subst.* sed quid ad d. l. respondeat, se non habere, quum tamen facilis sit responsio, de qua hic non est laborandum, quum nullus laboris fructus subfit.

Ad l. 45. q. an etiam tacita pupillaris substitutio matrem ab ipsa legitima excludat? sed itidem frustra, quum substitutio pupillaris in usu non sit, nec esse debeat. Rationes vide ad *tit. Inst. de pupill. subst.* Quære æquitatem Pontificis in *cap. 1. in fine. de testat.* in 6. & forum poli *Treutl. Fach. 4. cap. 42* cum *Bacchov. ad d. the. 9. Treutl. lit. c.* omnino rejicio.

Ad §. 1. d. l. 45. q. an in pupillari, & fidei commissaria substitutione frater utrimque conjunctus videatur prælatus consanguineo? *Neg. lib. quæ*

lib.

lib. 8. in fin. b. t. ubi testator generaliter eas partes dedit substitutis, quas dedit institutis. Diff. vide apud *Bus. ad d. §. & Fachin. 4. c. 36. & seq.* Adde *Groeneweg. ad d. l. 45.*

VI.

Ad *l. 1. 6. & 15. tit. 7. q.* an rectius dicamus, impossibilem conditionem vitare heredis institutionem, sicut dicta conditio vitiat institutionem filij, & vitiat contractus? Aff: per ea, quæ dixi ad §. 10. *Inst. de hered. instit.* Adde *Groeneweg. ad d. §.*

Ad *l. 10. & 27.* an hodie in codicillis hereditas dari & adimi possit, dicam ad *tit. de jure codicill.*

Ad *l. ult. q.* an filius legitimatus saltem per subsequens matrimonium excludat substitutum, qui sub illa conditione substitutus est, si institutus decesserit absque filio ex legitimo matrimonio nato? Aff: per ea, quæ dixi ad *Inst. disp. 3. tbes. 7. & disp. 14. tbes. 6.* Diff. vide apud *Fachin. 4. c. 53. 54. & 55. & Lib. 10. c. 71.* An ergo naturales liberi non excludunt substitutum, etiã si simpliciter testator substituerit, si filius moriatur sine liberis? Aff: *l. general. §. 1. C. de inst. & substit.* Diff. vide apud *Fachin. 4. c. 60*

VII.

Ad *l. 1. & seqq. tit. 8. q.* an tempus conficiendi inventarij non à die aditæ hereditatis, sed delatæ currere incipiat? Aff: poster. per ea, quæ dixi ad §. 6. *Inst. de hered. qual. & diff. disp. 11. tbes. 15.* Diff. & utrum vide *ibid.* & apud *Treutl. disp. 12. tbes. 8. lit. d. & ibi Baccob. Fachin. 4. c. 35. Ioan. a Sande lib. 4. tit. 12. def. 2. Groeneweg. ad l. ult. b. t.* An omissa aliqua solemnitate *l. ult. C. b. t.* totum inventarium vitietur, frustra controvertitur; quum infra solemnitates amplius in usu non sint. Vide *Treutl. d. tbes. 8. lit. c. & ibi Baccob. Zyp. in notit. jur. belg. b. t.* Eiusdem farinæ quæstio est, an in confectioe inventarij duo Notarij, vel iudices requirantur. Vide *Baccob. & l. Treutl. d. tbes. 8. lit. e. Fachin. 4. c. 36.* Cujus conditionis debeant esse testes, relinquatur arbitrio iudicis. *arg. d. l. 1. §. ult. b. t.* Diff. vide apud *Treutl. d. tbes. lit. e.* Sed oportetne etiam fructus & alias accessiones, quæ post mortem testatoris perceptæ sunt, in repertorium referri? Aff: quia luvæ pars hereditatis. *l. 20. de petit. hered.* Diff. vide apud *Treutl. d. tbes. lit. f. & ibi Baccob.* Sed quid, si quid dolo vel mala fide in inventario omissum est, amittiturne beneficium? *Ajo, nega.* Sed durum esset, si heres propter exiguam sæpe rem obligaretur ultra vires hereditarias. Quare Moribus heredem poena arbitraria mulctandum arbitror, Vide *Sande d. lib. 4.*

tit. 1. 2. def. 4. & 5. Diff. vide in di& disp. tbes. 18. & apud Treutl. d. lit. f.
& ibi Bacchov. Fachin. 4. cap. 32. Sed amittitne hæres ob non confectum
inventarium detractionem Trebellianicam? Neg. per ea, quæ dixi ad
§. 6. last disp. 4. tbes. 16. Diff. & Mores vide ibid. & apud Treutl. tbes. 9. lit.
a. & ibi Bacchov. An nec filius legitimam? Aff: per ea, quæ dixi d. tbes. 16.
Diff. vide ibid. & apud Treutl. d. lit. a. Zoes. ad h. t. n. 6. & ibi Bacchov.
Estne idem de Falcidia in fore poli, ut loquuntur, ju licandum? Neg.
quia detraçtio Falcidiæ fit contra rationem naturalem, ut dixi ad tit.
Inst. ad l. Falc. Diff. vide apud Treutl. d. tbes. 9. lit. e. Sed in foro conscien-
tiæ non tenetur hæres ultra bona hæreditaria. Vide rationes in d. tbes.
16. Diff. vide ibid. & apud Treutl. d. lit. e. & ibi Bacchov. Fachin. 6. cap. 23. &
24. Frustra ergo quaeritur, an jure Can. an & quomodo Ecclesia, vel fis-
cus teneatur. Vide tamen Fachin. 6. cap. 20. & seq. Sed potestne testator
hæredi in vitis legatarijs confectioñe inventarij remittere? Aff: per ea,
quæ dixi in d. disp. tbes. 17. Diff. vide ibid. Fachin. 6. cap. 25. Quid de im-
penfis, quæ contra præudentem se hæredem esse factæ sunt? Non
deducentur beneficio inventarij quia hæres non legatariorum, aut
creditorum causam, sed propriam tuitus videtur. Diff. vide apud
Treutl. d. tbes. 9. lit. d. & ibi Bacchov. Fachin. 6. cap. 29. Sed quid de
fideicommissario? Ipsi prodest inventarium ab hærede confectum,
licet nulla cessio intercefferit: sed si hæres nullum conscripserit, fi-
deicommissarius hæres non solum potest, sed & debet novum fa-
cere. Nov. 1. cap. 1. & 2. Diff. vide apud Treutl. d. tbes. 9. lit. a. &
ibi Bacchov. Fachin. 6. cap. 31. Quod Moribus jus deliberandi competat
etiam extraneis, extra dubium est, sicut & hoc, quod jus deliberandi
& ipsa hæreditas ad quoslibet hæredes transmittatur. Vide. d. disp. tbes.
15. Groeneweg. ad l. 3. C. b. t. Sed an jure novo sæpius jus deliberandi con-
cedi possit, illiquid iuris videtur. Affirmaverim tamen ob justiore a-
liquam causam. arg. l. 1. quibus ex causis major. junct. anteced. Diff. vide a-
pud Treutl. tbes. 7. lit. 6 & ibi Bacchov. Ioan. a. Sand. lib. 4. tit. 6. def. 1. Reli-
quæ quæstiones præcedentibus affines, aut facile ex antecedentibus de-
ciduntur, aut alibi excussæ, aut excutientur. Vide Fachin. 4. cap. 39. & lib.
6. cap. 9. 27. 28. 30. 33. 34. Christin. Fab. ad h. t. C.

F I N I S.

